



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

142 Clerici antequam esset Petrus, non erant subjecti potestati laicali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cap. que semel, 19. quest. 3. cap. semel, de reg. jur. in c. Oldrad. dist. conf. 83. num. 4. & 5. l. i. ff. de rer. divis. & §. nullius, in sit. eodem tit. Accedit, quod vasa, altaria, templa, vestes, calices, & alia Deo sacrata prædia divinis usibus tradita, castra, villæ, agri, decimæ, primitiæ, homines, animalia, & bona quæcunque ecclesiastica, quia sunt Deo dicata, oblata, tradita, ac divinis usibus destinata, eo ipso sancta, & religiosa censentur, eodem cap. prædia, & cap. in legibus, 12. quest. 2. l. summa. de rer. divis. §. nullius, in sit. eodem tit. & Azor. d. cap. 12. ver. ego sanè, & à profano, ac civili usu separantur, & pari modo clerici eo ipso, quò Deo sacratæ existunt, ab omni civili usu, & laicali jurisdictione sunt exempti Oldrad. eod. conf. num. 5. & plenè Azor. eodem c. 12. ver. & in dictis capitibus. Et hæc est communis opinio fundata, & approbata auctoritate Pontificum à conciliis generalibus, à sacra Rota Romana, & gravioribus auctoritatibus, à qua recedere, non est tutum; quia in interpretatione legis divinæ, super decisionibus dubiorum, potiùs debemus stare diffinitionibus Summorum Pontificum, quàm dictis Theologorum, etiam quòd sint sancti,

141 Potestas enim interpretandi data est non sanctis, sed Summis Pontificibus, cap. 1, & ibi glos. 1, 20, dist. cap. per venerabilem, qui fil. sint leg. & Ioan. à Capistr. de auctorit. pap. par. 3, 2, par princip. num. 93, tract. 10, 13 Imò peccant Theologi tenentes contra constitutiones, & decisiones Pontificum, ut post Ant. de Butt. tenet Abb. in cap. tua, il. 1, num. 5, de decim. Et multò magis laici legum doctores, qui audeant eas interpretari Genes. cap. 47, & Esdræ cap. 7, lib. 1, contra sensum commu-

mem Theologorum, & Canonistarum imò contra decisionem concilii Lateranen. de qua in cap. non minus cap. adversus de immunit. eccles. & cap. tributum §. quamvis etiam, 23. quest. 8. cum legum civilium doctores careant auctoritate sacram scripturam interpretandi.

142 ¶ Etenim, antequam esset Petrus, clerici non erant subiecti potestati laicali, ut Psalm. 104. ubi, nolite tangere Christos meos, hoc est unctos meos, ut sunt clerici, qui, Deo sacrantur, gloss. penult. in cap. si Imperator. 96. distinct. Rom. sing. 404. incipien. sed an potest. Alexand. in conf. 8. num. 1. lib. 1. & Azor. ubi supra. ver. primò ex divinis.

143 Nec ¶ excusantur personæ illius magistratus juramento, quo sunt obstricti, de eorum voto secreto, contra vel in favorem illius, quem factiosum, turbulentumque in civitate existimant, explanando: quia juramentum, ut sit licitum, tres comites habere debet, nempe, iudicium, iustitiam, & veritatem, c. jurabunt, 22. qu. 1. S. Raymond. in sum. lib. 1. de transgr. vot. §. tria. exiguntur, & Navar. in c. 12. num. 3. tom. 3.

144 Est ¶ enim contra iustitiam, quòd laicus iudicet clericum, cap. si diligenti. de foro comp. cum alijs supra allegatis; & uti contra iustitiam præstitum servari non debet, cap. est etiam cum duob. seqq. 22. quest. 4. & dicto c. si diligenti, in fin. de foro comp. quinimo illud servantes mortaliter peccant, pro quo peccato incidunt in dictam excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, contra illam contravenientes promulgatam: in eamque incidunt, quicumque magistratus, iudices, notarij, scribæ, executores, subexecutores, consiliarij,